



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

## ANNOT. IN HIOB

*rint. Non enim è suo animo, sed ex prescripto Dei  
pendent: parati igitur sunt, ut uita renuncient, quan  
docunq; Domino placuerit.*

ECCE ISTVD INVESTIGAVIMVS.

*Vide adrogantiam. q. d. que dicta sunt alta mente  
reponas, non enim è triuo, sed è spiritus penetrati pe  
rita sunt: & egregie quidem Eliphaz, haclenus de iu  
sticia Dei, crucis cõmendatione, et piorum benedictio  
ne differuit, sed à causse presentis ratioe, aliena sunt.*

## CAP. VI.

**R**espondens Hiob dixit, utinam libra  
ponderaretur ira mea, & calamita  
tes meæ, in statera leuarètur simul.

Quoniam nunc super harenam ma  
ris grauiorez essent, ideo uerba mea ab  
sorpta sunt,

Sagittæ omnipotentis mecum, quarū  
furor absorbet spiritum meum, & terro  
res Dei directi sunt in me.

*Argumentum huius Capitis: grauisima patior,  
nullus autem amicorum meorum adfectu compassio  
nis in me pio, tangitur, sed potius dolorem dolore au  
gent, calumniantes, me iusta pati: uicunq; certo tan  
men*

non scio, me innocentem adfluctum esse.

RESPONDENS HIOB &c. Ut amici Hiobis, frequentius in orationibus suis iusticiam & prudentiam Dei iactant: sugillantes interim Hiobē tanquam impium, & iusta causa adfluctū, ex blasphemis eius, quas propter grauem dolorem, in Deū profert, offensa Hiob frequentius, grauitatem diuini iudicij recenset, ignes infernales, hoc est, impatientiā importunitatem, & blasphemias in Deum efflando suam interim innocentiam, & immeritam adfluctionē testans. Sed qui conuenit, ut idem innocenter adfluctus, & tamen in Deum blasphemus sit? Pulchre, nam quicquid alicui per fidem sanctificato, & purificato adiderit, innocēti adcidit (fides enim sanctificat) propterea manet innocentia, quam diu Dominus per fidem manserit, at si recesserit iudiciū suum absq; ulla misericordia, ob oculos ponat, nemo quantūuis iustus innocens manebit, ut est Exod. 34. Innocens, nō innocens reputabitur apud te &c. Vnde Hiob, tam diu patiens fuit, ac Dominū in adfluctionibus laudauit, quā diu Dominus fauore suo præsens fuerit, quū uero iā non fauore, sed furore, ira & iudicio se præsente exhibeat, mirum quantas audias contumelias, quantas blasphemias, à tam sancto uiro, ut ferè hæc duo sequēda capita, non sint nisi contumeliosis querelis, et impijs in Deū blasphemijs referta, adeo nullus est quana

Quomodo innocenter adfluctus blasphemus.

ANNOT. IN HIOB

tuncūq; sanctus. qui possit graue Domini iudiciū ferre. Itaq; hoc unū & descendū & curandū est, ut oēs uires, oēs conatus nostros, soli Deo resignemus, quādo nullius creaturæ, seu consilio, seu auxilio è iudicio Dei liberari possimus, nisi sola eius misericordia.

VT IN AM LIBRA PONDERETVR &c.

Id est, ad afflictio quam sustineo, & innumerabilis & immensurabilis est, citius enim quis posset harenam maris numerare & metiri, quàm dolorem ac calamitatem meam. Est autē cōmunis scripturæ tropus, quod per harenam maris, res innumerabiles significētur, ut de Abraham dicitur. Erit semen tuum sicut harena maris, id est, innumerabilis. Et iram hoc loco non intelligas eam, qua Hiob irascitur, sed iracundam, ut extrinsecus adparet, afflictionem Dei, qua Hiob affectus est, hæc inquam ira, maior est quàm ut ponderari possit. Proinde, deficiūt uerba, uox faucibus hæret usq; adeo nihil intentatum in me relinquit iudicium, ira aut terror Dei, et quemadmodum sagittæ arcu euolutæ, usq; ad penetralia corporis penetrāt, ita iudicium Dei, & grauis eius horror quicquid in me exitium, quicquid uitale fuerit, totum exhaurit. Hinc igitur colligere licet, quàm intolerabile sit iudicium Dei, propterea quod adimat uocem, & spiritū uitalem exhauriat intrinsecus in homīe: nihil preciosius est spiritu (hoc enim nomine comprehenditur omnis

nis interior uigor & energia) extrinsecus uero in ho-  
mine nihil est præstātius sermone uel uerbo : hæc in  
homine præciosissima, ebibit & absorbet ira Dei,  
adeoq; omnes uires frangit. Iam quum Paulus dicat,  
scripturam esse ad nostram eruditionem scriptã, di-  
scamus ex hoc loco timere Deum, & ei tota mentis  
reuerentia obsequi, ne inducat nos in hanc tentationem,  
& ne ab ira iudicij sui absorbeamur.

Nunquid rugiet onager super herbam,  
aut mugiet bos super migma, suum?

Nunquid comedetur insulsium non  
salitum? aut quispiam gustabit albugi-  
nem uitelli?

Abominabile tactu animæ meæ, præ  
dolore cibus meus.

#### DIVERSA LECTIO

Quod Hebræus habet כָּרִי לֶחֶם id est, si-  
cut dolores panis mei, uel præ dolore panis meus est  
Græcus sic interpretatur, βρωμιον ὡς ὄρεω τὰ σιτῶ-  
μα, ὡς πρὸς ὄσμην λέοντος foetidas enim uideo escas  
meas, quasi odorem leonis, hoc est, omnia mihi insi-  
pida sunt, & ueluti halitu leonum sordidata, testan-  
tur enim & Plinius & Aristoteles, de natura anima-  
lium, leonem grauissimum habere halitum, & ex ha-  
litu suum odorem in cibo relinquere.

ANNOT. IN HIOB

**NUMQUID RUGIET ONAGER,** & fer  
 Similitudo est, quasi diceret, quod grauisima et in  
 terabilia patiar, argumento sunt gemitus, suspiria,  
 querelæ, difficiles mores, inconditi gestus, et impati  
 tissimæ animi mei indignatiões: nisi enim extrema pa  
 terer, non sic ingemiscerem, indignarer, clamarem,  
 aut ferocirem: nam quemadmodum onager (qui est as  
 nus syluestris) non rugit, nec bos mugit, si habuerint  
 escas suas paratas: ita nec ego ingemiscerem, aut ferro  
 cirem, aduersus iudiciũ Dei, si omnia mihi prospera  
 ex animi mei sententia succederent: & ut homo cum  
 estis opiparis dapibus affluens, contemnit insulsa &  
 insipida, neq; quispiam gustat, uitelli albuginem, Pau  
 lo insipidam, si habuerit ipsum ouu uitellum, quod si  
 præciosioribus ferculis careat, cogitur insipidis uesti:  
 ita o amici, nihil est quod uos nũc conqueramini, om  
 nia uobis adfluunt, migma uestrum (id est, cibus, à  
 μίγνυμι id est, misceo) uobis pro palato paratum  
 est, nulla uos obruit calamitas, nullum sentitis iudicij  
 diuini iram, licet uobis nunc securis, me consolari, co  
 cõsilia dare: omnes enim quum ualemus recte, agro  
 tis consilia damus. Itaq; quando uobis omnia ex uot  
 succedant, patientes estis, pij uidemini, & Deo deuo  
 ti: cæterum si eodem, quo ego iudicio comprehensi  
 essetis, cogere uobis & uos, insipidis ac insulsis uesti,  
 hoc est, pati quæ nolletis: nam quod ego nũc clamem  
 & ferociter

Et ferociens indigner, hoc extorquet, grauisimū di-  
 uini iudicij pondus, quod uelim nolim, sustinere con-  
 gor. Est autem molestissima difficultas, nolle, et ta-  
 men cogi. Porro, quod Hiob conqueratur, amicos su-  
 os esse ἀσώβητους καὶ ἀνελεήμονας non existimes  
 eos nouo quodā affectu, Hiobem ueluti ignotum, con-  
 tempisse: nam hæc genuina carnis natura est, quod  
 afflictorum passionibus nec tangatur, nec compati-  
 tur: tanta enim cæcitas, totum hominem per pecca-  
 tum inuasit, ut in aliena carne, nō uideat suam, nec  
 in aliena adfectione suam intelligat. Itaq; spiritus in  
 scriptura, proximos nostros nō amicos: interim neq;  
 fratres, uocat carnem nostram (ut est 2. Reg. 5. Os  
 tuum et caro tua sumus, Esa. 58. Carnem tuam (id  
 est) proximū tuū non despexeris, ut hac occasione do-  
 ceat, et trahat nos ad mutuam compatiētiā, qua  
 aliorum infirmitates, ueluti supposito humero, unā  
 portamus: nam quod in alterius carne uidemus, hoc  
 et in nostra latet: si uideris hominem putredine cor-  
 ruptum, aut febris affectum, cogita te eandem gestare  
 carnem, ad eadem patiēda natam: proinde mutua  
 officia exhibeto, ne et tu simili morbo correptus, offi-  
 cijs charitatis destituaris, et quod de corporalibus  
 morbis dicitur, hoc et de spiritualibus intelligendum  
 est, ut Paulus ait Ro. 11. Si tu fide constitisti, ne effera-  
 ris animo, sed timeas: nam si Deus naturalibus ramis

Ingeniū car-  
 nis, quod non  
 mouetur ali-  
 enis adfecti-  
 onibus.

Proximus ca-  
 ro nostra, et  
 os nostrum.

Locus chari-  
 tatis.

ANNOT. IN HIOB.

non pepercit, uide ne quã fiat, ut nec tibi pareat. Gal. 6. Vos qui spirituales estis, instaurate hominem delicto occupatum, spiritu mansuetudinis, conspiciens, temetipsum, ne & tu tenteris.

Quis dabit, ut ueniat petitio mea, & expectationem meam det Deus?

Et placeat Deo, ut conterat me, exiliat manus eius, & uulneret me,

Tunc esset adhuc mihi consolatio, & obsecrarem in dolore meo, ut non parceret, quãdoquidem, non negauerim (uel occultauerim) sermones sancti (Dei)

Quã est fortitudo mea, ut perdurem, & quis finis, ut patiens sit anima mea?

An uirtus mea, lapidea uirtus est, an caro mea aenea?

Nonne nullum in me auxilium est, & robur fugit a me?

QVIS DABIT &c.

Optantis est mortem, non ut Paulus optabat, cupiens dissolui & esse cum Christo, sed ut desperatissimus quisque: quid est, inquit, quod tã immaniter cruciatur, tã dire adfligat, cũ nõ occultauerim sermões sancti?

Hiob humana est? hoc est, nõ abnegauit fidẽ, nõ blasphemauit nomen Domini, nec unquam tanta flagicia designauit, quanta supplicia



ea supplicia sustineã, cur igitur punior, aut si omnino  
 decretum est ut adfligat, cur non mox occidat? age  
 cõterat me Deus, occidat, deiciat uel in infernũ. Et  
 habet me paratũ, modo nõ diutius tam dira supplicia  
 ferat. Sancte loquitur Hiob, et pro testimonio Dei,  
 dum se innocentem pronunciat, impatienter autem:  
 sed quid? blasphemè loquitur, dũ mortem aptando,  
 aduersus iudicium Dei fremit & indignatur, pietas  
 enim manum Domini, etiam grauissimam tolerat,  
 non abijcit: at rursus hic docemur, quid sit homo, si  
 in domino P A T R E, in iudicio relictus.

QVAE EST FORTITVDO MEA &c.

Ut sola fortitudo, sub graui pondere perdurare po-  
 test, ita nemo patiens est, nisi sine patiendi ob oculos  
 posito: hinc spiritus in scriptura, plerũq; solet pios  
 in cruce consolari, argumẽto à fine crucis & resur- Adflicti, sola  
 rectionis ientio, dicto: iam quum in inferno & iudi- spe suffulti, p  
 cio domini, omnis humana uirtus euanescat: prate sistũt sub cru-  
 rea nullus afflictionum finis adpareat, sed sempiter- ce.  
 nus horror et ira. Proinde nulla in inferno potest esse  
 uel laus dei, uel patientia, ut Dauid canit, in inferno  
 quis confitebitur tibi? Verissime igitur, similiter &  
 impatientissimè confitetur Hiob, se non posse, tã di-  
 ras inferni afflictioes, patienter ferre: nulla enim tã  
 fortis uirtus, aut robur tam efficax est, etiamsi lapide  
 um aut arcum fuerit, quo possit iram Domini ferre,

ANNOT. IN HIOB

**Virtus Christi, spes sub cruce.**

à facie enim Domini silet omnis terra. Porro, quàm in iudicio constare, carni impossib. l. fuerit, in Christo tamen omnia possibilia, fiunt, cuius uirtute & in fernus uincitur: igitur quum audieris, nullam fortitudinem tantam esse, quæ possit iram Domini sustinere, discas tu timere Dominum, & manu eius non committere, ut libereris: ait enim, bono animo es forte: quia ego uici mundum, id est, afflictiones, crucces, mortem, adeoq; infernum, & quisquis uictoriam cupit in me solo eam ferat.

Auferens a proximo suo misericordiam timorem omnipotentis derelinquit.

Fratres mei infideliter agunt (mecum) sicut torrens & inundatio fluminum transeunt

Quæ sunt congelata glacie, ea abscondit nix.

Tempore, quo caluerint, interibunt, & in calore suo consumentur de loco suo.

Declinabunt a semitis gressuum suorum, ascendent in inuium & peribunt,

DIVERSA LECTIO.

Pro eo quod nos habemus, misericordiam, Hebræi legit, חסד qd' pprie significat beneficiū, liberalitatem et eleemosinam: et quod apud Hebræum legitur,

שֵׁל אֶהְיֶה מִןּוּמֵי קָרְחָעֵלִימוֹ יִתְעַלֵּם  
 dupliciter

dupliciter exponunt: Alij sic, quæ sunt compacta  
glacie, ea abscondet nix: nã נֶרֶךְ potius glaciẽ so-  
nat, quã pruina: & נֶרֶךְ nativa sua significatio  
ne, tenebrescentes, obscuratos, & translaticia cõden-  
satos, aut cõpactos sonat (aqua enim p se lucida, cõcre-  
ta aut, fit tenebrosa, propter densitatẽ) similiter, &  
exhorrescẽtes significat, unde alij interpretantur: qui  
exhorrescunt pruina, super eos cadet nix &c.

AVFERENS A PROXIMO SVO &c.

Antea Hiob gravitatem iræ Dei proposuit, nunc  
duriciam & immisericordiam amicorum suorum re-  
prehensurus, ac falsam eorũ de afflictionibus senten-  
tiam declaraturus à רַוּמַי exorditur, dicens: Qui in  
fratrem, in proximum, immittis, durus, & illiberalis  
est, timorem Domini non habet, hoc est, amici mei in  
tanta afflictione, nec opibus, nec consilio, nec conso-  
latione me iuvant, quãdo igitur nulla pietatẽ in me ad-  
fecti sint, viri boni, & Deum timentes, iudicari non  
poterunt: & cum me veluti contemptissimum quẽq;  
& impiissimũ præ se contemnent, naso suspendũt,  
iudiciũ Dei non effugient: eadem enim mensura, qua  
nunc mihi metiuntur, remetentur eis, & Deus & ho-  
mines: nam quemadmodũ torrens, aut impetuosum  
flumen, nullo affectu, nulla cura, multo fragore hor-  
ridisq; fremitibus, ut omnia loca præterlabitur: ita impij pœnitentiã in  
hypocritã, si quando afflictum viderint, tũ mox mul-  
gentium.

ANNOT. IN HIOB

ta increpatione, multa exprobratione insultant, et  
 pessima quæq; de ipso uel à cunis repetetes, si non  
 ducunt, certe suspicantur: nunq̄, aiunt, placuit mihi  
 institutum tuū, semper ab adolescētia per dite uixisse  
 adultus uidebaris honestus, sed nunc ex afflictione,  
 cet tua flagicia æstimare, nisi enim pleraq; impia de-  
 signasses tanta non patereris. Est aut̄ hoc impietatis  
 ingeniu, quod Domino cōnuente, connuecat & ipsa  
 ad flagicia; interim & collaudet, opibus & consilio  
 iuuat, Domino uero adfligente, adfligit & ipsa, nūc  
 insultando, nunc exprobrando: contra pietatis natu-  
 ra est, tantisper arguere, reprehendere, & instare,  
 dum Dominus connuecat, & resipiscentiæ tempus largiatur: nam & hac ratione,  
 tolerantissime fert malos, ut interim liceat eos, doctri-  
 na, exhortatione, ac increpatione, ad resipiscentiā in-  
 uitare: adfligente aut̄ Domino, non iam increpat, sed  
 cōsolatur: non præterita delicta exprobrat, non cul-  
 pando insultat, sed opibus, auxilio, aut cōsilio iuuat,  
 congemiscitq;: & breuiter, impij quum corrigendū  
 esset, connuent, & corrient, dum connuendū &  
 consolandū esset, culpāt: & ut iustā denegandi auxilij  
 causam habeant, priora delicta exprobrāt: pij uero  
 docent, ubi docendū est: arguunt, ubi arguendū est.  
 Ad hanc amussim, exige nunc amicorū Hiobis ingeni-  
 um, ante enim dum sereniore fortunæ uultu respicere  
 batur,

Pietas arguit  
 cōnuente do-  
 mino, & con-  
 solatur iudi-  
 cante domino

ra est, tantisper arguere, reprehendere, & instare,  
 dum Dominus connuecat, & resipiscentiæ tempus largiatur: nam & hac ratione,  
 tolerantissime fert malos, ut interim liceat eos, doctri-  
 na, exhortatione, ac increpatione, ad resipiscentiā in-  
 uitare: adfligente aut̄ Domino, non iam increpat, sed  
 cōsolatur: non præterita delicta exprobrat, non cul-  
 pando insultat, sed opibus, auxilio, aut cōsilio iuuat,  
 congemiscitq;: & breuiter, impij quum corrigendū  
 esset, connuent, & corrient, dum connuendū &  
 consolandū esset, culpāt: & ut iustā denegandi auxilij  
 causam habeant, priora delicta exprobrāt: pij uero  
 docent, ubi docendū est: arguunt, ubi arguendū est.  
 Ad hanc amussim, exige nunc amicorū Hiobis ingeni-  
 um, ante enim dum sereniore fortunæ uultu respicere  
 batur,

batur, m  
 solus H  
 lebra  
 flagello  
 nemo g  
 datissim  
 Qui au  
 qui non  
 eum cre  
 am red  
 adeoq; i  
 lemur, r  
 cimua, s  
 insultem  
 ne abest  
 met, nec  
 qui man  
 gu fratre  
 modo po  
 QV  
 CIE &  
 feniencia  
 per eum  
 let: incid  
 Hio ad  
 ri, quasi

batur, nō erat apud illos, aut laudatior, aut sanctior:  
 solus Hiob omnium, ne dicam amicorum tantum, ore ce=  
 lebrabatur: nūc uero, quum adfligitur, austeriori Dei  
 flagello percussus, nemo apud illos, magis impius est,  
 nemo grauiora scelera commisit: proinde adcommo=  
 datissime, eos cōmuni quadam sententia perstringit.  
 Qui auferet misericordiam à proximo suo &c. id est,  
 qui non benefacit proximo, nec timet Deum, nec in=  
 eum credit: benefacimus proximo, si errantem in ui=  
 am reduxerimus doctrina, admonitōe, increpatione,  
 adeoq; insultu: benefacimus item, si adflictum conso=  
 lemur, non insultando, sed iuuando. Rursum malefa=  
 cimus, si cum errante, colludamus, & post adflicto  
 insultemus, id qd̄ ἄριστος πρὸς δὲ à charitatis ratio=  
 ne abest. iam, qui à charitate proximi abfuerit, nec ti=  
 met, nec habet Deum, siquidem, Deus charitas est, &  
 qui manet in charitate, in Deo manet: & qui non dilē=  
 git fratrem, quem uidet, Deum quem non uidet, quo=  
 modo potest diligere?

Charitas pro  
 ximi et timor  
 dei respōdent

QVAE SVNT CONGELATA GLA=  
 CIE &c. iuxta duplicem lectionem, duplex est &  
 sententia, nam si legeris: qui timet pruina, cadet su=  
 per eum nix. Prouerbialis figura est ( ut alias dici so=  
 let: incidit in Scyllam, qui uult uitare Charibdim) qua=  
 Hiob admonet amicos iudicij diuini, super eos uentura=  
 ri, quasi diceret: qui paucis parcit, quo adflictum fra=  
 H a

lacturam ma=  
 iorem facit, q̄  
 negat paupe=  
 ri modicum.

ANNOT. IN HIOB

tre in iuuare possit, multis priuabitur: & qui non ministrat carnalia, quomodo poterit spiritualium particeps fieri? Obstruens, inquit Salomon, aurem pauperum clamori, clamabit ipse uicissim, & non exaudietur: & Christus: Estote misericordes, ut & pater uoster coelestis misericors est. Item alibi: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant uos in aeterna tabernacula. Nam qui egenam iuuat, non egentem, sed Dominum in egente, iuuat: qui in sinum pauperis, eleemosynam, hoc est, operum beneficium, consilium, & id genus recondit, in caelis

reponit: ac, quod maximum est, qui, ait Christus, propter nomen meum (id quod non solum persequutionis tyrannide, sed etiam eleemosyna in fratres sui) relinquit domos, aut agros, centuplum accipiet, & uitam aeternam sortietur hereditatem, ut Psalm. canit: Dispertit dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum seculi. Itaque qui timuerit pruinam, paruum admodum rei familiaris, propter fratrem, dispendium, obruetur niue, aeternae uitae dispendio, & quod habet auferetur ab eo. Quid autem insanius, quam euanido lucro, aeternum amittere? Est igitur sententia, nunc uos o amici, insultatis, timentes forte, ne opibus uestris me iuuare cogamini, qui uero timet suo compendio propter fratrem, aeterno priuabitur, & quanquam nunc uideamini belle ualere, ueniet tamen tempus, quum super uos

**Prouerb. 10**

**Impius a sua  
ipsius iniuria  
opprimetur.**

exat

exarserit ira Domini, & iudicium eius incaluerit, tunc  
 consumemini, in iudicij ardore, nullam usquam spem  
 habentes, in Deum impij, nec ullum proximorum au-  
 xilium sentientes, in proximos duri, & in misericor-  
 des. In summa, qua mensura nunc metimini, ea metie-  
 tur vobis alij. Quod si legeris quae sunt congelata gla-  
 cie & aliam habent sententiam, minatur enim Hiob  
 amicis suis, futurũ Domini iudicium, monens pulcher-  
 rima similitudine, ducta à glacie, niue tecta, ne presen-  
 ti foelicitate confidant, & præ se fratrem cõtemnant  
 nam etiam si satis firma & stabilia nunc omnia uide-  
 antur, considerandum tamen est, quid serus uesper  
 uehat: quemadmodum enim asperum hyemis frigus,  
 aquam compingit, & in duram glaciem contrahit,  
 dein glacies niue contacta, firmissima redditur, ita ut  
 etiam plaustra ingentibus oneribus onusta, quasi solida  
 terra, ferat, at quum Sol incaluerit, mox durissima  
 glacies, in mobilem & fluidam aquam, unde con-  
 creta erat, resoluitur: ita impij, præfete foelicitate spe-  
 rant, & confidunt, at quum incaluerit Sol, iudicij di-  
 uini ignis, & uehementia, nullo loco satis tuti, ac fir-  
 mi constant: pessum eunt, errabundi uagantur, &  
 spe & auxilio destituti, euanescent, & consumun-  
 tur. Sic perierunt Pharao, Nebucadnezar, Sanneheri-  
 b, ut est in Psal. 36. Vidi impium exaltatum ut cedri  
 in Libano, transiui, adspexi, & ecce non erat. Sic &

Nemo miseri-  
 or est impio,  
 in die iudicij.

A N N O T . I N H I O B

Hiob ait: iam amici mei, nondum iudicio diuino ob oculos posito, pulchre ualent, & sibi constare uidentur: at quum incaluerint, id est, iudicio Dei comprehensi fuerint, consumentur ueluti cera à facie ignis, & glacies à calore solis.

Adspiciunt (amici mei, semitas Thema, itinera Seba obseruant.

Confundentur quum securi fuerint, & cum uenerint ad ea, erubescunt.

ADSPICIVNT SEMITAS. Thema unum ex duodecim principibus Israhel, de quibus Gen. 25 et habitauit ad Austrum in Arabia, unde ea regio Thema dicta. Scheba uero filius Reima filij Chus, filij Cham, Gen. 10. à quo Arabia foelix, Sabæa dicitur: ex Thema autem et Scheba, id est, Arabia irruerunt hostes Hiobis ( ut supra capite primo ) & boues ac asinas eius abegerunt. Itaque Hiob, de falsis amicorum calumnijs queritur, quod aspiciant ad itinera Thema, & ad Seba obseruent, hoc est, quod pronuncient Arabes, iuste Hiobem suis armetis spoliasse, quasi dicere, uide iniquissimum amicorum meorum iudicium, condemnantes me infontem, causam Arabum iustificas, ac pronunciant, me iuste adflictum, & illos iuste afflixisse, quando uideant à parte mea, iratum Deum, & ab hostium parte fauentem, & auxiliantem, hoc est, cum

Hiob. 1. 13.  
Hiob. 1. 17.  
Hiob. 1. 18.



enim omnes ingenij sui nervos intendunt, ut me calū-  
 nientur, & hostes impios, à culpa uindictent, hoc cunctis  
 est candidi animi, & amici pectoris, tantane libido  
 est, in fontem condemnare, & fontes absolvere? sed  
 uiciniq; uel maxime aduersariorum caussam iustam  
 pronuncient, scio tamē eos in sententia, quam in hac  
 caussa non equa lance tulerunt, aberrasse, & tum po-  
 tissimum confundendos, cum iam se uicisse existima-  
 uerint, & τῶν κριῶν iudicij sui celebrauerint. Nā im-  
 pietas, multitudine foeliciter agentū, et euentu prospe-  
 ro offensa, Polypi mentem assumit, sententiam suam  
 ac decretum ad multitudinis ingenium, euentusq; ra-  
 tionem accommodans: pietas uero è solo Verbo pen-  
 det, & è Verbo, contra omnem multitudinem, contra  
 omnes euentus, sua iudicia comparat: iam quum euen-  
 tus uarij & caduci sint, et multitudinis ingenio, nihil  
 aut instabilius, aut uanius: Verbo autem Domini, ni-  
 hil firmitus aut potentius, etiam si interim diuersum ali-  
 quādiu adciderit: impietatis iudicium, à multitudine  
 rerum foelicium euentu comparatum, rectissima  
 pena sequitur, CONFUSIO ET ERUBE-  
 SCENTIA: pietatis uero sententiam, ex Verbo  
 immortalis collectam, merito sequitur immortalitas et  
 firmitudo, ut Paulus ait, Spes non pudefacit. Vnde  
 maxima pars populi sub Noha resipiscentiæ Verbum  
 predicante, & arcam diluuij proœmium fabricante,

iudicium hu-  
 mane ratio-  
 nis offensa in  
 firmitate.

ANNO. IN HIOB

non è uerbo, sed è foelici rerum euentu, ac multitudi-  
 ne persequentium, & iridentium Noha sententiam  
 petens, confusa est, etiam dum maxime segura uideba-  
 tur. Qui sub Pharaone, Iudæos adfligente, erant, ex  
 euentu regis foelici, & aduersa Iudæorū fortuna, sen-  
 tentiam comparantes, subito in mari perierunt, non  
 tam pudore, quàm morte adfecti. Quid dicam de Pro-  
 phetarum tempore? futuram Hierusalem deuastatio-  
 nem, quum florentissima & munitissima erat, denun-  
 ciantium? nam maxima Iudæorum pars, qui tunc iudi-  
 cia sua, non ex Verbo Prophetarum, sed è fortalicio  
 urbis, è foelici impiorum statu, ex infoelici Prophetarum  
 rum condicione, collegerant, iuste aduentu Nebucada-  
 nezar inopinantes, confusi sunt: ita & omnes impij,  
 unà cum amicis Hiob, ex foelici rerū euentu, & mul-  
 tudine populi, non ex ipsa ueritatis causa, aut Ver-  
 bo Dei, sententiam suam comparantes, constare perpe-  
 tuo non possunt, sed oscitantes confunduntur.

Nunc uenistis huc, & uidentes calamita-  
 tatem, timetis.

Nunquid dixi, adferte mihi (munera)  
 & de substantia uestra donate mihi

Liberate me de manu adfligentis, & de  
 manu tyrannorum redimite me.

DIVERSA LECTIO,

Quod

Quod Hebraeis est תיראן Graeus habet, φοβησθε in imperatuo, timete, q. d. in mea afflictione ne discite, quid uos commeriti sitis, & quantum uos supplicium maneat; si enim hoc in uiridi contingit, in arido quid fiet? & si iustus in terra persoluit, impius & peccator ubi manebunt?

## NUNC VENITIS &amp;c.

Apostrophe ad amicos, quid est, inquit, quod huc conuenitis? an ad consolandum? sed uelut impium me calumniamini; an ut consilio aut opibus, misero succurratis? Sed ecce, ut iustam habeatis auxiliij denegandi causam, priores me arguitis; & quum ante nobis omnia, prout uera amicicia lex postulat, cōmunia erant nunc, postquam iudicium Domini sentiam, timetis opibus uestris, ne forte in mei auxiliū, à uobis aliquid postulem, desinite quæso timere, non est, quod uestram opem implorem, an unquam de substantia, de diuitijs uestris quicquam emendicatus sum? an unquam auxilium uestrum implorauit, ut me de manibus aduersariorum & tyrannorum liberaretis? Porro, ut in amicis Hiob, affabre impietatis, in expendendis aut retinendis opibus, ita in ipso Hiob, desperationis ingentium describitur: nam impietas in egentes parcissima & tenacissima est, in opulentos uero prodigalissi impietas nemina: ut & Ethnicus conqueritur. Quam inique, inquit, ubi sit quiens, comparatum est, ut ij qui minus habent sem-

ANNO T. IN HIOB

per ditioribus aliquid addant: ita amici, liberales fuerant in Hiob foelicitatis tempore, nunc in egentē & adflictum, tenaces sunt, adeo nullam *μεσότητα* seruare potest impietas. Rursum, Hiob desperationis specimē praebet, ubi enim impatientia & desperatio fuerit, ibi abominabile fit omne consiliū & auxiliū: nam etiamsi affuerint, qui in adflictū, officio fratris defuturi, summis uotis exoptent, nihil gratum: nihil acceptum fecerint, propterea quod impatienti & desperato, omnia perinde fiūt, ac intra se affectus fuerit, quicquid igitur contingat, uel humanitatis uel officij, citius mentis turbam prouocat, quā sedat.

Docete me, & ego tacebo, & quod ignorauero, instruite me.

Quare calumniamini sermones rectos & quis ex uobis arguet eos?

Nonne ad increpandum, uerba concinnatis, & loquimini uerba diffidētia,

Veruntamen super pupillum irruitis, & eradicatis proximum uestrum.

Sed quia coepistis, respicite ad me, coram uobis non mentiar.

Respondete obsecro, nulla iniquitate, similiter & in mea responsione, usque iusticia erit.

ANNO

Anne est in lingua mea iniquitas, an  
guttur meum personat stulticiam?

DOCETE ME ET EGO &c

Hoc est, de scendi uobiscum o amici in certamē, non  
calumniandi, sed disputandi, cur igitur conuicijs &  
calumnijs, nō argumentis, causam uestram tuerāmi,  
tacerem, si doctrinam audirem, nunc quum prater ca-  
lumnias & urulentias, nihil audiam, qui tacere pos-  
sem: & quanquam nihil unquam impium, ad defen-  
dendam innocentiam meam, dixerim, unicum tamen  
hoc studium uestrum est, ut uerbis arte concinnatis,  
me calumniemini, & ad diffidentiam ac desperationē  
commoueatis: Iam consyderate, quem insectamini,  
proximum scilicet uestrum, pupillum, id est, ab omni  
bus derelictum (negliguntur enim ferē pupilli) utrūq;  
à charitate alienum est: nam primum, hoc nomine uo-  
bis commendatus esse deberem, quod proximus, quā-  
do lex dicat, Diligas proximum tuum sicut teipsum,  
dein, quod pupillus, hoc est, cōtemptus ac neglectus,  
sic enim & Christus, Luc. 10. in homine à latroni-  
bus despoliato, ac semimortuo relicto, docet eum no-  
strum esse proximum, & in nostram curam cōmen-  
dari, qui adfluctus, nostra opera eget. Nam hic consy-  
derandū fuerit, non quia ignotus, non quia aduersa-  
rius est, sed quia auxiliij egens, & quāti faciat Domi-  
nus pupillum ac derelictum, quantumq; indignetur,

Abiectus su-  
scipiendus  
quis abiectus?

ANNOT. IN HIOB

si uel calumnijs uel sycophantijs, pupillus cōtristatus fu-  
erit, hoc argumēto cōstat, quod uocet se iudicē pupilli  
Deut. 22. facit iudiciū uiduæ, amat pupillum &c.

SED COEPISTIS &c. Id est, quando ce-  
peritis mecum pedem conferre, agite, pugnabimus  
æquo Marte, æquis armis, uera loquor, respondete &  
uos uera, iusta dissero, respondete & iusta, facessant  
argutie, abeant calumniæ: nunq̄ ego committam,  
ut in hac tuendæ innocentie meæ caussa, à uero scopo  
aberrauero. Sed hæc intelligas de sermone, quo Hiob  
innocentiam suam, aduersus amicorum blasphemias  
tuetur: cæterum, quum de grauitate iudicij diuini, ser-  
monem insutuerit, ex adfectu quidem animi sui loquitur,  
sed in Deum impie: an uero Hiob, ideo tam mor-  
dicus, innocentiam suam defendit, qd̄ tanta gloriæ suæ  
cupiditate ardeat, quæ admodum homines impij, ut sa-  
mam seruent, etiam usq; ad mortem interum digladien-  
tur? absit, nam Hiobis caussa, pro innocentia sua, ad-  
uersus amicos, non gloriæ humanæ libido est, sed con-  
fessio Euangelij & cōmendatio sanctitatis eius. Euan-  
gelij enim Verbum, fide adceptū, liberat à peccatis,  
sanctificat & purificat: igitur crux, fide sanctificato  
contingens, non tam maledicta & merita, ut in lege,  
manet, sed per fidem benedicta & immerita fit. Itaq;  
si Hiob in amicorum sententiam cessisset, Euangelium  
abnegasset, & crucem fide sanctam, rursum maledicta

Crux benedi-  
citur Verbo  
Euangelij.

Etiam

Etiam pronunciaffet, quod, quàm impium & blasphemum fuerit, quotus quisq; est, qui nō intelligat? Neq; mireris, quod inhumanus forte, amicos tractet, quā alioqui charitas ferat, fidei enim caussa agitur, in qua hominum opinioni, aut amicicia cedere, non tam charitas est, quàm in Deum impietas.

Nam euangelion abnegatur si negatur ea, quæ ad illud pertinet.

## CAP. VII.

NONNE, militia hominī est sup terrā,  
& sicut dies mercenarii, dies eius?

Sicut seruus desyderat umbram, & mercenarius expectat premium operis sui.

Ita adprehendi (uel expectaui, ad requiem) mihi menses (sed) frustra, adeoq; noctibus, dolor mihi incumbit.

Dormiturus dicere soleo, quādo surgā & metior uesperū, propterea quod repleat abominationibus, usq; ad crepusculū.

Induta est caro mea, uerme & puluere, pellis mea dirigit, & detestabilis facta ē.

Dies mei abierunt uelociores nauicula tela, & consumpti sunt, nulla mora.

NONNE MILITIA, &c. In priori capite Hiob amicos suos, duricia & immisericordie arguit.